BRUNO DE SEGNI
Oberitalien, 1. Hälfte 14. Jh.
Seite 169r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



predicationis flumine totum mundum inundauit. Et sacerdotes eius ceciderunt aque. Et fortes milites laris eius et continuo ceciderunt sanguis et aqua et cecidit non est par impius in meis dicit dominus qui usque ad mortem usque pacem persecuti sunt.

Audite insule et attendite de longe dominus ab utero uocauit me de uentre matris meae recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum in umbra manus sue protexit me. Et posuit me sicut sagittam electam in pharetra sua abscondit me et dixit mihi seruus meus es tu israel quia in te gloriabor. Et ego dixi in uacuum laborauit sine causa et uane fortitudinem meam consumpsi. Ergo iudicium meum cum domino et opus meum cum deo meo. Nunc dicit dominus qui formauit me ex utero seruum sibi ut reducam iacob ad eum et israel non congregabitur. Et glificatus sum in oculis eorum et deus meus factus est fortitudo mea. Et dixit parum est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus iacob et faces israel conuertendas. Ecce dedi te in lucem gentium ut sis salus mea usque ad extremum terre.

Audite inquit dominus dicit michi formans me ex utero seruum sibi. quia ante uterum me sibi proprium fecit. Ecce quare me seruum formauit. quare me fragilem formam induere uoluit. ut reducam iacob ad eum ut iudeos abstractos ad uiam iustitie reuocarem. Verum israel non congregabitur et quia ex eo non est. ideo ubi mea. non audiet. vii. et me superius in uacuum laborasse dicebam. Et dominus glificauit me. et deus meus factus est fortitudo mea. Qui et in passione me corroborauit et de labore meo me laudat et glificat. Qui etiam dixit. Parum est ut sis michi seruus ad suscitandas tribus iacob. Parum est ut pro hac sola gente fuisses forma uestitus. Multo enim maiora in hac uita promeruisti. Non magnum est si ad solas feces israel conuertendas. Facetus es homo. Et parum quidem est. per omnem israel nedum per fecit et reliquisse te tanta perfecisse. Ideo dedi te in lucem omnium gentium ut et totum illumines mundum. et sis salus mea non in sola gente utrea. sed usque ad extrema terre. Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam omnes terre.

Hec dicit dominus redemptor israel sanctus eius ad contempnibilem animam abhominatam gentem et seruum dominorum. Reges uidebunt et consurgent principes et adorabunt propter dominum qui fidelis est et sanctus israel qui elegit te. Hec inquit dicit dominus redemptor israel non carnalis sed spiritualis. Ad contempnibilem animam uidentes qui sola terrena considerantes animam oblitam animam dicerunt. hic homo multa signa fecit si dimittimus eum sic uenient romani. et tollent nostrum locum et gentes. Et ad gentem abhominatam a deo scilicet. et hominibus. Et ad seruum dominorum. Que est enim gens cui israel non seruiat. Ubique enim dispersus ubique gentibus fuit. Reges uidebunt et consurgent principes. Amodo et me